



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cl. Viri Valerii Andreae Desselii In Academia Lovaniensi
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

XXV. De Exceptionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62934)

De Exceptionibus.

TIT. XXV.

Postquam Actor aliquo ex prædictis modis probavit intentionem suam audiendus deinde est Reus, qui defensionem sui uti solet exceptionibus, quibus actiones jure competentes vel saltem de facto intentæ excluduntur.

Quid ergo est Exceptio, & quotuplex

Est actionis vel intentionis exclusio. Et in genere duplex, alia facti, quæ Reus repellit Actionem nullo jure competentem v.g. si quis agat ex mutuo, & mutuum nunquam dedit: alia Juris, quæ reus excludit actionem, ipso quod eadem jure competentem, sed cujus nomine iniquum sit Reum condemnari.

II. Exceptionum juris aliæ sunt Dilatoriaræ, aliæ Peremptoriæ. Dilatoriaræ sunt, quæ principalem causam & actionem non perimunt, sed tantum differunt ad tempus, ut exceptio declaratoria fori; exceptio procuratoria &c. Peremptoriæ actiones sunt, quæ non differunt.

differunt tantum, sed & perimunt atque elidunt actionem, ut exceptio pacti conventi de non petendo, exceptio rei judicatae, exceptio transactionis & jurisjurandi.

Quando proponenda sunt haec exceptiones ?

Dilatorias quidem regulariter objici oportet ante litem contestatam, vel intra terminum à iudice constitutum, nisi in casibus exceptis. Peremptoriae vero regulariter objici possunt ante & post litis contestationem, usque ad sententiam, quia post sententiam res judicata habetur pro veritate.

c. Inter 20. inf. de sent. & rejud c. 4. & 12. h. t.

l. 207. de R. l.

De Praescriptionibus.

TIT. XXVI.

Non tantum exceptionibus, sed & praescriptionibus sive usucapionibus se defendere Reus potest, objiciendo Actori, quod rem vel jus, de quo agitur, justè praescripserit, estque haec exceptio peremptoria praescriptionis.

Quid est Praescriptio seu Usucapio ?

Est adjectio domini per continuationem